

Andreas Metzmaker

**Lectori Benevolo, S. & O. Israelitarum Populus, peculiari olim regimine a Deo, qui eum in peculium sibi asciverat, gubernabatur ...**


[S.l.], 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742552098>

Druck Freier  Zugang










DK-9453 (1)



*Ex  
Bibliotheca  
Academiae  
Rostochiensis*







Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.  
Tenebrae in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.  
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitata Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Nov. Lectorum.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, de mysterio pietatis. mit Präs. G. Voigtii Gustr. 1671. (von G. Voigtii)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub prals.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderator F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ms. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.



Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. ( " " )

1737. ( " " )

1738. ( " " )

1739. ( " " )

1741. ( " " )

1743. ( " " )

1744. ( " " )

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ *Leverii darnu bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

*Philippi Julii Ducis Pom. diarium itineris* ed. Richter. 1750.





# LECTORI BENEVOLO,

S. & O.

**I**Sraelitarum Populus, peculiari olim regimine à Deo, qui eum in peculium sibi asciverat, gubernabatur. Duodecim eorum Patriarchæ erant, qui pleriq; omnes patriam, quam non raro excusserant, potestatem quasi egressi, cum suis in Ægyptum descendebant, ubi Josepho Fratrum penè minimo & inscii & inviti servire cogebantur, adeoq; eum adorare. Hoc unà cum ipsis vitâ functo, posterius ad multas myriades aucti, dispari ibidem dominabantur Domino, extremam moliente eorum excisionem. Sub Mosis verò Magistratu Ægyptum exierunt, ducentos in eâ & quindecim annos commorati. Hunc Mosen variè à contumaci Israelis populo divexatum, Deus, cum annos quadraginta præfuisset, mori jusfit, & sepulturâ honestavit nemini infestigandâ. Suffectus ei Josua Dux adeò magnus, ut nutu suo Jordanem tunc tumidissimum finderet, voceq; imperatoriâ & Solis & Lunæ cursum inhiberet. Eo quoq; simul ac promissam civibus hæreditatem distribuerat, ad Patres suos collecto, Judices sibi Israelitæ constituerunt vario cum vicinis Marte belligerantes. His per quaternam cum dimidio secula regnati, Sacerdotum Magistratu usi sunt, Eli nimirum & Samuelis. Sed Filii hujus hujus degeneres ansam populo præbuerunt, Sacerdotibus reprobatis, Regem sibi, universarum more gentium, deponendi. Cujus desiderio, quum non modò sine Deo, sed & contra Deum flagrarent infelicissimi, suâ tamen pro longanimitate Regem ipsedare Deus sustinuit, Saulem, initio sat probum, deinceps verò hypocritam, & tandem, salute desperatâ, suo se gladio jugulantem. Pater ergo reprobus, filium successorem habuit, vitæ forsan probioris, sed regii nihil, nisi nomen, præ se ferentis; Is-bosthum puto, qui Imperio bienni, sub imperio Abneri, ineptissimè administrato, etiam violentâ morte interiit. Tunc demum

-A1112



demum undecim tribus, Phrygum instar serò sapientes, per integrum quinquennium sine Rege fuerunt, colla sua posthac ejusmodi imperio non amplius subdituri. Verùm nullo Rege, omnes voluerūt regere: & mutuis sanè armis se consumpsissent, nī comitiis indictis, de certo rursus Magistratu eligendo, convenissent frequentissimi; quā de re legere est caput 3. 4. & 5. in posteriore libro Samuelis.

Et hujus quidem conventus, habitatumq; in eo consultationum egregiam hypotyposin exhibet CLARISSIMUS Juvenis b. m. Dn. ELIAS SCHEDIUS, P. L. C. in elegantissimo commentario de vitā Davidis, cui titulum fecit Ideam Boni Principis. Ex quo etiam Autoris Parens, *καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν ἀγίοις*, Dn. M. GEORGIUS SCHEDIUS, Antecessor meus honoratissimus, duos ante septennium Actus exhibebat, unum in hac Scholā, alterum in ipsā ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS NOSTRI, DOMINI CLEMENTISSIMI Aulā. Quum verò Scriptum illud jure hæreditario ad meas nunc manus pervenerit, egoq; probè recorder, ambas, quas dixi, Actiones magnam tunc temporis gratiam meruisse, & summo cum applausu exceptas, adeoq; publicis typis exscriptas esse; non incommodum, juventuti cum primis formandæ, existimavi, si B. Antecessoris vestigiis, meo pro modulo, & hīc insistsens, Israelitarum, de restituendo post fata Saulis Magistratu, deliberationes suprā indigetatas, exinde peterem, cumq; viris piis candidisq; per aliquot Scholæ hujus Alumnos, communicarem. *Συναγωγὴ* verò Actionis & aliqualis delineatio hæc est:

PROLOGUS [ANDREAS LENT], Swerinensis ] totius Actionis contenta recenset.

ELIESER Rubenitarum Princeps, Præses Concilii [DAVID OSTERBURG, Bard. Pomer.] proponit, de certo demum Magistratu restituendo, cordatè deliberandum esse.

OSEAS Ephraemita [CONRADUS UNTERBERG, Saltz-Detphordā Hildesienfis.] Democratiam urget.

SAPHA-



SAPHATIAS Simeonita [JOHANNES BRINCKMANN, Gronoviâ-Hildesienfis.] eidem suffragatur.

ASRAELAS Danita [JOHANNES FOEMUR, Malchinens.] Aristocratiam mavult.

ABIESER Manasfita [ELIAS CLODIUS, Rostochienfis.] huic subscribit.

OMERUS ex tribu Hasecharis [BERNHARDUS KELLERMANN, Gustroviensfis.] Monarchiam & regium svadet imperium.

ELIESER Praefes, reliquis tacendo annuentibus, idem concludit.

SERAJAS Actuarius [JACOBUS BADING, Gustroviensfis.] id ipsum concioni jubetur ante curiam praestolanti aperire.

SECRETARIUS ELIESERIS [JOHANNES SCHWAS-MANN, Gustroviensfis.] interea Leges Davidi à Judæis latas ex chartâ recitat.

ELIESER à Serajâ percipiens, populum in electione Regis consentire, Proceres porro monet, utrum per successionem, an verò per liberam electionem, Rex constituendus sit, deliberent.

SIBECHAI Benjaminita [JOHANNES MUTZOW, Rugianus.] successionem svadet.

DATES Manasfita ex Gilead [JOHANNES BERMUHL, Gustroviensfis.] electionem praefert.

HEBERUS Asserita [JOACHIMUS HENNING, Gustroviensfis.] de primariis futuri Regis virtutibus differit.

ARIOMOTHES Naphthalita [DAVID GRUNDGRIPER, Parchimensfis.] secundarias subjungit.

ARSAMENES Sebulonita [ZACHARIAS GRAPE, Tetroviensfis.] Davidem pra omnibus aliis eligendum censet.

AESAR Gadita [ANDREAS-DANIEL HABICHORST, Bützoviensfis.] id impediturus vehementissimè in Davidem invehitur.

JASIELTES Abneri filius [ANDREAS PRITZBAUR, Nobilis Mecklenburg.] convicia ejus refutans Davidem excusat.

ESAR



AESAR demum & ipse in Davidis electione consentit.  
ELIESER & sibi & ipsis consensum hunc gratulans, Proce-  
res dimittit, inq; crastinum illuc redire hortatur, porro consul-  
taturos.


*Petrus ROLOFF* *Gustroviensis*,  
EPILOGUS [ ~~JOHANNES BERNHARDUS PRINCEPS~~,  
Mothan. ~~Thuringus~~. ] totum Actum concludens, felices pradi-  
cat, quotqvot legitimo gaudent, eodemqve justo ac clemente  
Magistratu.

*Peragentur haec omnia, Deo clementer annuente, in Scholâ  
nostrâ, crastino die, 19. sc. Octobr, horâ 1. Pomerid. & seqq. Vos  
Viri omnium ordinum Honoratissimi, DNN. Promotores, Fau-  
tores & Amici plurimum devenerandi, colendi, ut antehac alios ejus-  
modi, ita & hunc Actum praesentiâ vestrâ cohonestare, quaeso, digna-  
mini! Gustrovi, 18. Octobr, Anno 1652.*

**Andreas Mezmacher/  
Sch. Gustrov. Rector.**






















SAPHATIAS Simeonita [JOHANNES BRIN  
Gronoviâ-Hildesienfis.] eidem suffragatur.

ASRAELAS Danita [JOHANNES FOEMUR,  
fis.] Aristocratiam mavult.

ABIESER Manasfita [ELIAS CLODIUS, Rost  
huic subscribit.

OMERUS ex tribu Ifascharis [BERNHARDUS  
MANN, Guftrovienfis.] Monarchiam & regium  
perium.

ELIESER Praefes, reliquis tacendo annuentibus,  
cludit.

SERAJAS Actuarius [JACOBUS BADING, G  
fis.] idipsum concioni jubetur ante curiam praestolant

SECRETARIUS ELIESERIS [JOHANNES S  
MANN, Guftrovienfis.] interea Leges Davidi à Judæ  
chartâ recitat.

ELIESER à Serajâ percipiens, populum in elect  
consentire, Proceres porrò monet, utrum per succes  
verò per liberam electionem, Rex constituendus fit, de

SIBECHAI Benjaminita [JOHANNES MUTZO  
nus.] successiõnem svadet.

DATES Manasfita ex Gilead [JOHANNES BE  
Guftrovienfis.] electionem praefert.

HEBERUS Afferita [JOACHIMUS HENNING  
vienfis.] de primariis futuri Regis virtutibus differit.

ARIOMOTHES Naphthalita [DAVID GRUND  
Parchimienfis] secundarias subjungit.

ARSAMENES Sebulonita [ZACHARIAS GRAI  
vienfis.] Davidem præ omnibus aliis eligendum censet.

AESAR Gadita [ANDREAS-DANIEL HABIC  
Bützovienfis.] id impediturus vehementissimè in Da  
vehitur.

JASIELTES Abneri filius [ANDREAS PRITZBA  
bilis Mecklenburg.] convicia ejus refutans Davidem.

